

DE ESPINOSA, Queretarensi, pro instituenda Oratorij Congregatione apud Villam Sancti Michaelis magni, Diocesis Michoacanensium, eximio animarum & studiosorum frumentu ad nostram usque etatem quotidie crescente. ANTONIUS humaniores litteras Philosophiamque alte imbibet in Collegio Maximo Soc. Jesu Mexico, atque ornatus laurca, Thologiae operam dederat in Gymnasio Universitatis strenuamente, ut triplicis Scholæ doctrinam Thomistarum, Scotistarum, & Jesuitarum penitus excoluerit, gradumque retulerit. In Positiva, Morali, Mystica, & Dogmatica Theologia admodum etiam doctus fuit, & omnigena pollens eruditione, quam libris intentissime deditus comparavit, patrimonio suo haud exiguo pro copiosissimâ & selectissimâ emendâ Bibliotecâ destinato, qua vel in Europa multo in pretio & estimatione haberetur, qua que, ut erat pifflimus, minori contentus voluminum numero, abdicavit se tandem, Ecclesiastici, quod meditabatur, extruendi adificij ergo nummis à dividentia colligendis, irrito quamvis ad extremum conatu, quod egregium opus adversis obviantibus casibus inter optata manserit. Latinitatem in Collegio Seminario à Divo Paulo, & Purissima Conceptione nuncupato tradiderat, quod etiam vices tenens Rectoris moderatus fuit, concionibus habendis, excipiendisque confessionibus deinceps intentus.

18 Hoc Authore Academia nostra condita fuit, primum ad culturam Philosophia, mox vero pro Theologia professoribus, qui bis in hebdomada convenientes Scholasticis & Moralibus se exerceant dimicacionibus, Panegyrica Sacra statim diebus habent, atque alijs pro amerioribus litteris excolendis dant operam. Ad hæc, ut solemne est multis sua sponte in Universitatis Aula maxima per diem integrum totam propugnat Theologiam, additis pro concertatione vespertina, aut ex Canonico, aut ex Civili, aut ex utroque jure titulis sex gravibus scatentes difficultatibus, responsu in publica luce Magistris ac Doctoribus, ex omnibus Ordinibus doctissime arguentibus proludunt inter Academæ Sodales acri & ad multos dies tracta concertatione, qua se mire exercent, & expeditiores longe athletas efformant. Porro quam opimos ipsa fructus retulerit, argumento sunt plurimi qui ex ea prodiere viri doctissimi, & multis titulis ornatiissimi; nam, ut minoribus redimitos lauris taceamus, atque insignes concionatores, doctorales apices multi emeruere Mexici, aliqui autem in Universitatibus Salmanticensi & Tolotana egregiâ laude. Paracij alij prefecti tuere & in Mexicea Diocesi, & in Michoacanensi, & in alijs, & apud Europam etiam, in Tolotana. Sacra in spectissimis Virginu Monasterijs administrant, Antecellos res in Universitate Mexicanensi egere-

egerunt, idiomati Mexicanî, Eloquentia, Philosophia, Sacrorum Bibliorum, Theologiaque Perpetuos Vespertinos atque Primarios, quas itidem in varijs Collegijs spartis ornarunt, & Collegijs ipsi regendis admoti fuerant. Censoribus Fidei, Consulitoribus & Judicibus Ordinariis adscripti ex illis sunt aliqui, & inter Examinateores Synodales in multis Diocesibus relati, quandoque Visitatores agentes & Vicarios Episcopales. Ad Præbendas evocati & Canonicatus, etiam, ut dicuntur, Officij, cis defunguntur Mexici, Vallisoleti Michoacanensium, & Guadalaxara in novâ Galicia, alijsque muniberibus conspicui & honoribus, cum in Religiosis Ordinibus, tum etiam in memorata Oratorij Congregatione, Libris quoque clarent in publicu datis, de quibus sermo nobis in decursu Bibliot. erit. Academæ autem nomine extant edita,

*Elogia selecta* è varijs qua Mexicanarum Scholarum more ab alumnis Academie Sancti Philippi Nerij elaborata sunt, prefixaque thesibus defensatis. Olim sparsim edita, collecta modi à Dre. D. EMMANUELE GARCIA DE ARELLANO, Mexicanus, ejusdem Academie Praeside, &c. ex Typographiâ editioni Bibliothecæ Mexicanæ destinata. 1754.

Meminit Academæ creationis & structum P. JULIANUS GUTIERREZ DAVILA in Monum. Histor. Congreg. Oratorij Mexicanensis part. 3, lib. 5, cap. 4, n. marginai 649. & 650. unus ipse è pri-

mis in illam adscitis tempore, meritoque è primarijs ejusdem professoribus, qui virtute juxta & eruditione decus illi peperit immortale. Habes item Academæ Elogium contextum à doctissimo P. NICOLAO ZAMUDIO, Soc. Jesu, in Censura data Panegyrico S. Philippij Nerij edito Mexici in Typographia Regia D. Mariae de Ribera anno 1733. Simileque conscripsit elogium Sapientissimum P. NICOLAUS DE SEGURRA, ejusdem Societatis, in Approbatione præfixa concioni de S. Bernardo excusa Mexici, typis Viduæ Josephi Bernardi de Hogal anno 1741. Ab eadem Academæ scripta prolatæ Nuncupatoria Parenti suo ac Patrono S. Philippo Netrio in Praelectione Theologica ad forte oblatam distinctionem 20. lib. 2. Magistri Sententiarum, quæ excusa est Mexici in Regali summa administrationis Sacrorumque librorum typographia apud D. Mariam de Ribera 1747.

19 D. ALEXANDER FABIANUS, Natione Mexicanus, Patria Angelopolitanus, Nobilissimus parentibus usus est, genitore ex illustri apud Genueses Familia; Matre clara inter Hispanos sanguine: Praesbyter Secularis, pifflimus juxta ac doctissimus, si fides habenda est Clarissimo Viro P. ATHANASIO KIRCHERO, Societas Jesu, Scriptori, si ullus alius, Sapientissimo, & Reipublicæ Eruitorum notissimo, ad quem Alexander noster scripsit Romano, nisi fallimur conjecturâ, sermonc.

D

Episto-

## Epistolas varias.

Et quoniam Nuncupatoriam Kircherus ipse præfixit Libro suo excusso Romæ, typis Ignatij de Lazaris 1667, cui titulum fecit: *Magneticum naturæ Regnum; in qua monumentum Fabiano nostro posuit insigne, cui certè nullus nostru cogitare posset æquale, aut illo nobilius expetere; opere pretiū duximus virtutes & litteras Alexandri, mutuatis à Kirchero, quæ sequuntur, verbis complecti: Sapientissimo viro, inquit, *Alexandro Fabiano, novi Orbis indigena, insigni Theologo, Philosopho, & Mathematico, nec non in Mexicano Regno Congregationis Christi Presbyterorum Secularium Institutori munificentissimo Felicitatem precatur Athanasius Kircherius è Sociate Jesu.* Post exordium autem, in quo opportune ad Operis argumentum adludens, amoris Magnetismum se facetur expertum ubi Alexandri Litteras tam longo terrarum intervallo sejuncti, accepit, ita Ipsum alloquitur: *Tu vir amplissime, novi Orbis, ego Europæ incola, ignotus uterque utrique: Tu forsam casu in nonnulla Operum meorum volumina incideras, et dum in tanta argumentorum varietate, eam maiori forsan, quam tenuis mea opera merebatur, veneratione suspiceres, absque ulteriori more prolongatione, ad Autorem non solum cognoscendum, sed & quam arctissima amicitie necessitudine Tibi devincendum, litteras ad me tantâ verborum energiâ, tot tanisque benevolentia signis exornatas dedisti, ut nesciam quomodo occulta ac-**

*sagaci illa ingenij, morum, studiorumque concitatione, pararymphâ Sympatiâ tandem acciderit, ut me vel ex remotissimo Orbis Americani angulo Tibi presentem, potenti illo homeotropias magnetismo attractum stiteris. Mirabar & ego polypediam omniumque bonorum artium cultum in Tenore Orbis indigena; Imò in peregrinis illis America Regionibus, ignotisque nobis Celi partibus, virum tot virtutum subsidijs instructum, tot à Deo charismatum prerogativis dotatum reperiri, non mibi persuadere poteram, donec reciproco litterarum commercio, jam ab aliquot annorum curriculis capro, ab omni evolutus ambiguitate, Te non Indum origine, sed ex illustri Genussum Fabianorum Familiâ ortum Hispano insertum stemmati, omni exceptione maiorem inventi: Accessit hisce omnibus innocens & inculpata vita Tua integritas praeveraudo sociata Christiana Religionis promovenda zelo & sollicitudini, qua instimulatus, Angelopoli Mexicanæ Regni Urbe celeberrima, Ecclesias fundasti, novam Congregationem Presbyterorum Secularium, quam Christi vocas, insigni munificentia instituisti, cuius subsidio quam eximia Deoque grata beneficia Ecclesia in conversione barbarorum praefueris, grata eterno nominis tui cum honore posteritas fabebitur. Et post alia sequitur suam Epistolam ATHANASIUS: Qualis quanunque Alexander ille Fabianus esset, toti Orbi litterario, hoc presenti Opusculo de triplici Magnete manifestandum duxi, ut vel ex ipso triplex ille insolubilis Magnetissimi no-*

*dus quo ego Te, Tu me Tibi adeo potenter devinxisti, veluti perenne fore inita nos inter amicitia, federis, amorisque immortalis testimonium. Hactenus KIRCHERUS, qui cùm effusis adeo laudibus Fabianum commendet, non à pietate solum alijsque virtutibus, sed ab studijs quoque Philosophicis, Mathematicis, & Theologicis, in quibus insignem ipsum dicere non est veritus, quinimo maximopere optavit Orbi Litterario palam exponere*

*virum hunc ornatissimum, quem certe non aliunde novit quam ab Epistolis, quibus eos inter longum intercessit commercium; eruditas planè fuisse illas & doctas operat, quas idcirco, & si à nobis nullibi inventas, in his nostris tabulis referendas duximus. Libet coronidis loco, hic tradere Eloge duo, quæ in calce prædicti Kircheriani Libri Epigrammaque à P. Ignatio Bomplano, Societatis Jesu, habentur scripta.*

## ELOGIUM I.

Alluditur ad Nomen.

*Ex merito ALEXANDER diceris.*

*Novus Orbis habet in Te*

*Alterum Magnum Alexandrum,*

*Eo maiorem quo meliorem.*

*Ille sub cruentis Macedonum signis pugnavit;*

*Tu vicisti sub Calesti Nominijs & E S U vexillo;*

*Ille ambitionem amplificavit;*

*Tu propagasti pietatem;*

*Ille arma quocumque circumulit;*

*Tu virtutes intulisti;*

*Ille positis militum castris*

*Arva Indica oppresuit;*

*Tu instituta Presbyterorum Congregatione,*

*Mexicana regna recreasti;*

*Ille habuit Angulum Terra pro Metas;*

*Tibi meta erit Calum;*

*Quia pro Calo ALEXANDER es.*

## ELOGIUM II.

Alluditur ad Cognomen.

*Non solum ex merito Alexander nominari,*

*Sed etiam ex vero diceris cognomine*

## FABIANUS.

*Torus quodammodo ex Fabijs constas.*

*Eam exitasti Sodalitatem,*

*In qua vetus Fabianorum familia revocaretur.*

*Hac Romanam Rempublicam sustentavit*

*Pugnando et Moriendo;*

*Tua Sodalitas Christianam Religionem sustentat*

*Laborando et Orando;*

*Pugnat in Inferos, qui contra Inferos laborat.*

*Moritur pro Religione, qui pro Religionem orat.*

*Sic Mexicana pietas stat,*

*Quia FABIANUS es.*

## A D E U N D E M.

De Libro Illi ab Athanasio Kirchero dedicato, quo triplex  
Mundi Magnes continetur.

## E P I G R A M M A.

*Quam bene Kircherus triplici magnete coruscat  
Virtutisque Tua symbola clara notat.*

*Namque Tibi est pietas, doctrina, et prodiga dextra:  
Sic hominum longe diffusa corda trahis.*

20 ILLUS. D. D. ALEXANDER GERARDINUS, Natione Italus, Patria Romanus, si EGYDIO GONZALEZ DAVILA, in Theatro Ecclesiae Insulae Hispaniae standum est: si vero NICOLAUM ANTONIUM in Bibliothecâ Hispaniae Novâ sequamur, in Ameria Umbria Civitate natus, ut similius vero videtur: Domicilio Mexicanus, quod Episcopus fuerit Ecclesiae mox relata, quæ primas tenet in America Mexicana: Fratrem habuit nomine ANTONIUM, natu maiorem, Proto-Notarium Apostolicum, & Poetam inter primos

Clarissimum, Laureâ pro illius temporis consuetudine jure donatum, quo de Petrus Martyr Anglariensis Epistolis 37. & 38. itemque 76. Libri 1. Quod ad Alexandrum attinet nostrum, ex Italia in Hispaniam advectus, Catholicis Ferdinando & Elisabetha regnantibus, ut erat præfervido animo, militiam sequutus, sub Hispanis vexillis contra Lusitanos pugnavit, ceterum receptui cœcinit, & qui nuper Marti litaverat, Musis & Minervâ se addixit, quas in patrio solo coluerat. Poculis Reginæ præpositus, Regis filiabus

Præceptor datus est, tum Apostolicus Proto-Notarius factus, sacrificque iniciatus, Regio præfuit sacerdote. Ab Alexandro VI. Pontifice Maximo renunciatus Episcopus Vultufariensis & Montis Corvini, huic postea dignitati cessit anno 1515. ut ad Episcopalem insulam Dominicopolensem transiret. Cum enim reperta nuper Americanis Carolus V. Imperator, qui in Hispania proximè successerat Catholicis Regibus, vigilaret, in primisque ageret, ut in Fide & Pietate Barbari tunc temporis Indi nuncupati, optime instruerentur, defuncto Garcia de Padilla, Franciscano, qui primus Ecclesiæ illi præfuerat, à se erecta Apostolica authoritate, viro quidem egregio, sufficiendum euravit Alexandrum, haud minorum hominum dotium, omnique virtute conspicum, qui publicis non ejusdem solùm Imperatoris pro jungendis bello contra Tureas Christianis Principibus, sed Pontificum etiam Maximorum Legationibus præclare defunctus, pro re Christiana in novis promovenda Colonij, optimus visus est. Prius vero quam commissiam sibi Americæ Ecclesiæ inviseret, Romam gravissimis de rebus acturus, eo tempore accessit, quo ad Lateranenſe Concilium sub Leone X. Patres Illustrissimi Ecclesiæ convenerant, quos inter & ipse adfuit, uti cernitur in sessione undecima celebrata 15. decembbris 1516. nomenque ipsius vigesimo secundum

do inter aliorum Episcoporum nomina loco invenitur his verbis: Reverendus Pater Alexander Hieronymus S. Dominici Insulae Hispaniarum. Multa à Pontifice Summo postulasse tradit citatus Egydius, scilicet, ut Legatum Alexander ageret Sedis Apostolice in Americanis Regionibus tunc usque detectis, & quæ deinceps deteguntur: Ut pro quibuldam festis diebus Indulgentias Fidelibus illarum partium benigne Leo Pater concederet, donaretque corpora Sanctorum aliqua, Reliquiasque plures, quibus Insula Hispaniola ditesceret maxime, præsidiumque haberet eximum. Tandem anno 1520. expeditis, quæ sibi demandata fuerant, negotijs, Hispalim reversus, in Americanam iter suscepit, quo de pulchram & amœnam scriptis Historiam, infra indicandam. Ubi Hispaniolam appulit, aliaque inter pulcherrimas incolarum ædes conspexit, horatus homines ut venustiore longe pro Dci cultu excitarent, quæ quantum humana tenuitas potest, Optimum deceret & Maximum Conditorem; rem illis gratissimam facile obtinuit. Strenuam in promovenda Religione operam posuit, verbi divini prædicatione, Sacramentorum administratione, munerumque omnium, quæ ad Episcopum spectant, functione, primulque fuisse dicitur, qui in Orbe novo sacros Ordines trididerit, quod ejusdem Decessor diem obicit extremum antequam epif.

episcopalis consecrationis olco  
fusset inauguratus. Hac inter  
ALEXANDER sancte officio suo  
functus, Indis juxta Hispanisque  
charus anno 1525. leaguagen-  
rius e vivis excellit. Plura scripsit,  
quorum syllabarum textit AEGY-  
DIUS GONZALEZ DAVILA indi-  
cato superius loco. Videlicet

*Itinerarium ad Regiones sub aqua-  
noctiali plaga constitutas.*

*Epitome Conciliorum.*

*Summorum Pontificum acta.*

*Sacrorum carminum lib. 24.*

*Epistolarum lib. 2.*

*Officia varia Sanctorum.*

*Vitam Sancti Benedicti saplico car-  
mine.*

*Volumen Orationum ad Principes  
Christianos pro bello contra Turcas.*

*De Latij & Roma landibus.*

*De Educatione nobilium puer-  
rum librum unum.*

*De Officio Principis.*

*Vitam Catharina Anglia Regine.*

*Elogia Virorum illustrium Roma-  
norum ab Aenea usque ad Pompeium  
Magnum.*

*De Quantitate syllabarum & car-  
minum compositione.*

*Iuvetive lyrice in malam fe-  
minam.*

*Monumenta Antiquitatum Roma-  
norum.*

ALEXANDRI meminerunt, præter  
citatos, Vghellus in Italia sua sa-  
cra, & ANTONIUS DE LEON ET  
PINEL in Epitome Bibliothecæ  
Orientalis, & Occidentalis, Tom. 2.  
editionis Madritanae novissimæ col-  
580. & 781. Nicol. Ant. f. 2. p. 685.

21. FR. ALEXIUS GARCIA,  
Natione, ut videtur, Mexicanus  
& Patria, Instituto Dominicanus  
Proviciæ S. Jacobi Mexicanensis,  
postquam virtutibus inclarerat,  
Deoque in salute animarum cul-  
randa egregie servicerat, eximia  
specimen dedit patientia, lopro  
morbo vexatus, subindeque in  
Valitudinari, quod a Sancto  
Lazaro nuncupatur, abductus, ubi  
tandem mortem aspergit anno 1579.  
prout scribit Davila noster lib. 2.  
cap. 92. & qui cum sequuntur  
NICOLAUS ANTONIUS in Appen-  
dibus Bibliothecæ Hispanæ p.  
314. Altamura ad 1593. Querif &  
Echard. ad 1579. Scripsit ALEXIUS,  
publicavitque Typis Mexicanis.  
*Kalendarium perpetuum.*

D. ALPHONSUS ALAVES PI-  
NELO, Natione Mexicanus & Pa-  
tria, celebris Mexicani Auditorij  
Causidicus, in Universitate ejusdem  
Civitatis absolutis Humanisti-  
tatis, Philosophiæ, & utriusque  
Iuris studijs, in quibus progressus  
fecit insignes, Doctoris infusa redi-  
mitus, Rhetoricae profectus est:  
alias subinde Cathedras rexit, do-  
nec Primaria Civilis juris præfe-  
ctus ad tempus, apicem scholasti-  
ci honoris assecutus in Theoria,  
haud sibi dissimilis in praxi, apud  
Judices dicturus frequentissime  
quaesitus à clientibus, pro ipsorum  
turela, doctas, quas statim adjici-  
emus, Allegationes typis com-  
missit; Prætoris etiam civilis Me-  
xicci vices tenuit nonnunquam.  
Demum ut erat amerioribus lit-  
teris

teris politissimus Opusculum lo-  
lutâ ligataque numeris orationis  
Pulchrum, & hispano & latino ser-  
mone publicæ luci dedit hoc titulo:

*Astrum mythologicum politicum,*  
seu *Triumphalis pompa pro excipi-  
endo Mexicanu Pro-Rege D. Ludovico*  
*Henriques de Guzman, Comite de*  
*Alva de Aliste. Mexici, apud Joan-*  
nem Ruiz 1650. in quarto.

Juris autem Allegationes, cum  
excusas, tum MSS. aliquot vernacu-  
lo conceptas idiomate sequentibus  
numeris exhibemus. Sunt illæ.

*Responso apologetica adversus Ano-  
nimum pro Ecclesia Angelopolitana*  
scriptum in causa Decimali, defen-  
sioque juridica Ferdinandi de la Ser-  
na Valdes. Mexici in folio. Ha-  
betur Tom. 45. Collectionis D.  
Ludovici de Mendoza.

*Allegatio pro Sancti Nicolai Mi-  
choacanensi Provincia Ordinis Sancti*  
*Augustini in negotio cum ejusdem Fa-  
milia alumno Joanne de Espinosa.*  
*etc. Mexici in folio. Extat in ea-  
dem collectione.*

*Appendices ad mox dictam allega-  
tionem. Mexici in folio Tom. 44.*  
ejusdem collectionis.

*Pro D. Alfonso Orij de Ora,  
Vicario Generali Diocesis Mexica-  
ne in punto precedentiæ. M. S. in*  
folio. Stat Tom. 14. collectionis  
mox dictæ.

*Allegatio in favorem D. Franci-  
ci de la Torre, a Theauris S. Cru-  
ciate, in negotio de ratiocinijs. Me-  
xicci in folio. Tom. 19. Collectionis  
ejusdem.*

*Juridica propugnatio D. Antonij*

de Aguñaga in re civili, contra ni-  
rente D. Antonio Gabiola, S. Inqui-  
sitionis Fisci prefecto. MSS. in folio.  
Tom. 25. Collectionis ejusdem.

*Pro Exmo. D. Duce Alburquer-  
quio Nova Hispania nuper Pro-Rege,  
ab solui munera rationem reddente.*  
Mexici in folio. Tom. 27. Colle-  
ctionis ejusdem.

*Pro retentione quarundam Lite-  
rarum Rmi. P. Generalis Ordinis  
Sancti Augustini, Provincia Sancti  
Nicolai Michoacanensi exhibitis, Re-  
gioque Patronatu. In folio, tacitis  
anno & reliquis. Habetur Tom.  
3, collectionis Allegat. quæ asser-  
vantur in Bibliothecâ Universita-  
tis Mexiceæ.*

Quoniam vero ea tempestate  
floruit, scilicet ante integrum se-  
culum, qua non dum in Annales  
redigi cuperant elaborati a Profes-  
soribus Cathedrarum Commenta-  
ti, Tractatus, idque genus alia, co-  
gimur lucubrationes pro Aulis Aca-  
demicas tacitas præterire.

22. ILLUS. D. ALPHONSUS  
ALBERTUS DE VELASCO, Natio-  
ne Mexicanus, Mexici Nobilissimus  
Parentibus ortus anno 1635. eme-  
sis Latinitatis, Philosophiæ, & Ju-  
risprudentiæ curriculis, haud sine  
Magistrorum plausu & Sodalium  
Sacerorum Canonum Doctor in  
Academia Mexicana inauguratus  
fuit, atque pro agendis causis apud  
Regium Senatum admisitus, Sacer-  
dos factus, virtutibus, quas a tene-  
ris annis coluerat, impensius ad-  
dictus, Ecclesiastica obire ministe-  
ria, quæ projectioribus commis-  
tenda

AL

tenda sunt viris, Superiorum cœpit authoritate. Parochialem à Sancta Catharina Martyre nuncupatam Ecclesiam intra Mexicanæ Urbis pomaria sitam, antiquitate insignem, rexit accuratissime, curavitque, pro augenda adversus Sāctam ac Sapientissimam Alexandrinam Virginem devotione, pulcher oppido Liber ut excudetur, quo de agemus, cum de Petro de la Vega, Presbytero Mexicano, nobis sermo erit. Dein Parochum Ecclesiae Cathedralis totos triginta duos annos egit vigilansimum, parcisque pro frugali victu emolumentis sibi contentus, reliqua inter pauperes distribuebat. Ovium curæ suæ traditarum saluti invigilans, nullum prætermitere officium satagebat ex his, qua animarum profectum concernunt: in primis vero cathochismum tradere & Christianam Doctrinam, cùm per se, tum per alios idoneos Ministros, non modò in Parochia sua, sed in alijs etiam Templis enixe procuravit. Id ut assequeretur facilius, Confraternitatem Doctrinæ Christianæ in Ecclesia Sancti Philippi Neij canonice erigendam e re sua duxit, institutaque Indulgencias Romæ solicitavit quam plurimas, nempe, quæ ab Archiconfraternitate celeberrima aggregatis sibi Sodalitatibus ubique terrarū Apostolicis Privilegijs communicantur. Quod autem ex eis etiam habatur, ut una semel in Diœcesi quadam sic conditâ, cæteræ ab

AL

Ordinario probatae, eisdem gaudent indulxit; Albertus noster nullum non movit rudentem, ut in omnibus amplissimæ ditionis Mexicanæ Ecclesijs Parochialibus, quæ certæ sunt plurimæ, istiusmodi haberentur p̄ij Cætus Archiepiscopi fretus præsidio & Litteris encyclicis, ut habemus ex Libro Fundationis Confraternitatis ejusdem, in Tabulario suo à PP. Oratorij servato. Nec absit erit Mexicanici Sodalitij Doctrinæ Christianæ incrementa paucis indigitare, traductis in paginas nostras ijs quæ anno 1752. oculis usurpavimus, fuereque perspecta cunctis, jure optimo demirantibus. Nam occasione Jubilæi Anni Sancti, eo, quem diximus, Mexicanici publicati, instituta fuere Supplicationes frequenter & piissimæ à religiosis quibusque cæribus, nulla vero numerofior, aut æqualis fuit visa ei, quæ Sodales Doctrinæ Christianæ ab Oratoriana Ecclesia ad designatas pro lucrando Indulgetijs processere, turnatum ductis ab Oratorij PP. 40. ut remur, mille viris & feminis, è quibus amplius 25, mille præcedibus octo diebus adscripti inter confratres fuere, quorū & nomina vidimus exarari exarataque, & religioiem vix sine lacrymis admirati sumus, & incredibilem confluentum ad Sacramenta multitudine communi stupore exemploque experti. Sed de his hactenus.

23

D.

AL

D. D. Franciscus de Aguiar & Seixas ( à profusissimâ in egenos charitate, atque etiam à zelo diuinæ gloria, reliquisque virtutibus inter Clarissimos meritò computatus ) tanti ALBERTUM habebat, ut in gravioribus negotiis cumde consuleret, dictisque eius obtemperaret. Ipsius operâ usus est pro erigendo, juxta Sacrofanci Concilij Tridentini sanctionem, Collegio Matricis Ecclesiae Seminario, cui Constitutiones præscripsit pro regimine aptissimas, ipso illas iuggerente pro munere ALBERTO. Ad hæc, ut erat in iure versatissimus prudentissimusque, à S. Inquisitionis Quesitoribus Fidei pro carceratis tuendis Patronus designatus, Fisci etiam partes nonnunquam egit, Confessorisque munus, quod eximij est honoris, annos bene multos obivit. In procuranda V. Servi Dei Gregorij Lupezij Beatificationis causâ plurimam posuit operam, nec calamo duntaxat laboravit & diligentiâ, sed sumptibus etiam egit ut ædes quas eximius Vir ille incoluerat lartas rectas servaret. Fuit ité ex primis qui Mexicanici Congregationi Oratorij prolusserunt conditâ piissimâ S. Philipij Nerij Sodalitate, cui per triennium præfuit, quamvis id temporis nondum Congregatio coaluerat juxta quæ S. Philippus dedit, probavitque Apostolica Sedes, Instituta Vallicelana, quæ tandem initio seculi hujus custodiri incépero, Mexicanâ Congregatione adinstar Romanæ cre-

311

AL

ctâ confirmatâque ab Innocentio Papa Duodecimo, & eximie florente, Sanctimonialibus Carmelitis regendis præfectus, à Confessionibus aliquique Sacramentis diligentiâ fuit haud vulgari, toruque, uti insignis miraculo Christi Domini è Cruce pendentis Imago inibi asservata religiosissime, quam de Izmiquilpa vocant ( ab Oppido in quo repente visa est innovata jam inde ab anno 1621. postquam diu cariosa latuerat & temporum injurijs feedata ) magna licet tunc usque Religione ab exteris Civitatis & incolis habita, clarior multo esset, Miraculo ab Archipræfule Mexicano, secundum Sacrofanci Concilij Tridentini sanctionem examinato probatoque maximis documentis. Huc Opusculum collimavit scriptum à Nostro, quo de mox memoriam faciemus; declaratoque tandem Miraculo à Judice, atque alio itidem ejusdem Libro apertius exposito, maxima habuit incrementa devotio, indiesque ad tempora usque nostra augescit, convenientibus quotidie precationis causa multis & multis, atque in publicis Urbis aut Regni calamitatibus indiciis supplicationibus solemnissimis. Pijs ad mortem usque exercitijs, & quæ decent Sacerdotem egregie probum, ex animo deditus, præter Deum salutemque proximorum curabat nihil. Hinc meritos fugiebat honores, Sacerdotioque in Cathedrali Ecclesia, Præbendam dicimus, præ-

F

AL

sentatus à Rego illi se subduxit, quemadmodum non ita pridem recusaverat Metropolitana Ecclesie Manilensis episcopales infulas, in quas Regio itidem invitatus decreto fuerat. Demum meritis cumulatus, ab omniumque Ordinū hominibus, gravissimis etiam & sapientissimis, multo in pretio habitus ob conjunctas probitati vite insignes litteras, diem clausit extremum 10. Decembri Anno 1704. videlicet P. JULIANUM GUTIERRES DAVILA in Monumentis Historicis Congregationis Oratorij, parte 1. lib. 2. cap. 13. per totum, ubi ejus vitam complexus est. Meminit quoque ejus multā cum laude P. D. JOANNES ANTONIUS DE OVIEDO, in Vita V. P. Antonii Nuñez de Miranda, lib. 1. cap. 5. pag. 21. ubi hujus in Philosophia discipulos recenset insignes, quos inter Notrum merito leges, & rursus lib. postremo, cap. 19. pag. 209. Scripsit patro, hoc est hilpano sermone, sequentia.

*Miraculosa Christi Domini è Crucē pendens Imaginis, quam de Izmiquilpam nuncupant, instauratio, facti jurisque fundamentis libratis expensa. Mexici, apud Viduam Fratrici Rodriguez Lupercio. 1688. in quarto.*

*Divina exaltatio Misericordiae in ejusdem Assertoris mundi Iconis per miraculum instauratione. Hoc est Pia & salutaria ex Historicis monumentis Sacram Imaginem concernenib[us] desumpta monita, multisque momentis ornata. Mexici, Typis D. Mariae de*

AL

Benavides 1699. Mexici iterum Formis Hæredum Michaëlis de Rivera. 1724. in quarto.  
*Apologia pro Sacram suspensione Indulgentiarum in Indijs etiam religiose observandā anno Romani Jubilai Sancto 1700. Mexici, Litteris D. Mariæ de Benavides, anno comedem, in quarto.*

*Pia animadversio & expositio argumentorum, qua innuntur admodum gravi ac pia ceremonia. Signum vulgo dicta, prout ea uitur Ecclesia Metropolitana Mexicana. Id est, Sancte Veillium Crucis, tempore Passionis, in Ecclesiis Cathedralibus Hispaniarum aliquibus, Indianum forte omnibus, erigi, circumferri, explicari solitum, multis Sacrarum Litterarum, Patrum ac Doctorum testimonijs elucidatum: Mexici, ex Typographia Viduæ Bernardi Calderon. 1677. in quarto. Peregrini certè Opus argumenti, quod brevissimè attractum legisse Author testatur in eruditissimo dediti vinis Mysterijs Libro a. JOANNE RODRIGUEZ Hispali edito, cap. 7. §. 3. Ipse vero pro dignitate id aggressus, copiosa evolvit eruditione; à Sacris paginis Doctoribusque Ecclesiasticis opportune petita. In quem postea collimavit scopus Illius. juxta ac doctissimum Chia- piensis Episcopus D.D. FR. FRANCISCUS NUÑEZ DE LA VEGA, Ordinis Prædicatorum, in Appendice prima ad Constitutiones Dictæ cœlas suas in folio editas Romæ in Officina Caietani Zenobi anno 1702. Appendix vero scorsim à Libro recusa est Mexici, Typis*

Hæ-

AL

Hæredem Viduæ Michaëlis de Rivera. 1718. in quarto.

*Monita pro examinandis testibus in Causâ Mexicanâ Beatificationis & Canonizationis V. Servi Dei Gregorij Lupezi. Mexici, tacitis anno & Typographi nomine. Extat Tom. 17. Collectionis D. Ludovici de Mendoza in folio.*

*Alijs supercedemus minutis Opusculis, quæ in lucem emissit.*

*24. FR. ALPHONSUS AB ANGELIS, Mexicanus Domicilio, simius Natione & Patria, quæ nos fūgiunt, Carmelitarum Excalccatorum Institutio in Provincia Sancti Alberti Novæ Hispaniæ professor, utilissimum Americæ hujus incolis Opus scripsit, in quo, praeter alia complura, de Aurifodinarum Dominis, Opificibusque, de Indorum Prætoribus, Contrariis usu in regione nostra frequentibus, alijsque similibus ad conscientia foru spectantibus egit, totumque in quatuor partes, totidemque tomis, in octavo alicet, haud exiguo mole, divisit: Eorum quartum vidimus manuscritum optimis characteribus, indicibus, etiam rerum notabilium, ad prælum, ut viderit, paratum, quæ nec pretio extorquere potuimus nec precibus à Bibliopola, penes quem erat, qui eo ac similibus oblectari profitebatur. Titulus autem libri ex Hispano in Latinum versus ita habet:*

*Quarta pars ultimaque Directorijs Confessariorum & Penitentium, in qua varia pertractantur ma-*

AL

teria, multique deciduntur casus, qui ad Praetores, Fodinas, Regij Aerarij, Prefectos, Religiosorum Privilegia, Testamenta, idque genus alia concernant. In octavo.

*25. FR. ALPHONSUS AB ANUNCIACTIONE, Natione Mexicanus, forte etiam Patria, ut colligere est ex his quæ Davila Padilla de eo refert loco mox citando: Institutum Prædicatorum Ordinis amplexatus, studijs ex animo deditus, Lingua Zaapotecæ addiscendæ Superiorum iussu diligentiam posuit strenuam, in qua magnos ubi fecit progressus, Indorum instructioni totus incubuit: Concionabatur ad illos, Sacra faciebat, ministrabat Sacraenta, nullumque non exhibebat officiū, ut illorum saluti consuleret propriam insimul quærens, orationi hac int̄c̄ insistens statim, quas sibi præfixerat, horis dum Mexici verabatur, singulisque noctibus flagellis tē macrancs. Cenobij præfectus multis, Superioris partes ut Religiosum decet virum, explevit. Demum cùm in Oppido Etla dictū apud Goaxacenses degeret, Festū que ageret solemnisimum Christi Corporis, indictā, ut moris est, supplicatione, ad quam Indi alijque confluxerant plurimi, Sacram ipso Pyxidem in Altari, ut sit, deponebente, quod in peristylio constructum fuerat, interea dum scena quædam pia adstantiū oculis auribusque panderetur, Eucharisticum Mysterium aperiens; ecce pergunta nuper ex tempore fabricata;*

cor-

F 2

corruit, & cùm viginti supra centum homines opprimit, plures alios ferit, elidit, tum Alphonsum pessime luxatum, è vivis post duas horas eximit, cui in primis fuit curæ Christi Corpus, ut qua decet Religione in ea rerum catastrophe tervaretur; sibi verò invocare in auxilium Deum & MARIAM, circumque adstantium precibus commendari. Antonius de Leon Pinelo in Epitome Bibliothecæ Orientalis, & Occidentalis colum. 751. tom. 2. editionis Madritanae 1738. & post cum gradientes Nicolaus Antonius in Bibliothecâ Hispania nova p. 8. t. i. Parra in Memorialibus MSS. & Altamura ad 1575. restantur reliquiae in schedulis.

*Historiam Sancti Dominici Provinciae Mexicanæ.*

Quibus reffragantur Critici Querif & Echard in *Scriptoribus Ordinis Prædicatorum* ad annum 1575. censentes, nuper dictos omnes delusos, dum hanc Alphonso nostro Historiam consignant, quæ ad DOMINICUM AB ANUNCIA- TIONE attinet, similitudine agnominis eis imponente. Et quamvis accuratissimi Hispani, qui Bibliothecam Pinclianam multis locupletiore acceptionibus. Matri- ti dederunt 1738. his non acquiescant; ut quod verum nobis vide- tur ingenuè fateamur, rem acutigisse Gallos nuper memoratos existimamus. Qui enim credi potest, ut DAVILA Alphonsi vitam nostræ exprofeso describens, ne

verbum quidem hujus Historie fecerit, cùm alias Scriptores Familiæ suæ Mexicanæ recensent omnes, ut credere est de Authore diligentissimo? Ad hæc fortius, nisi fallimur, argumentum est nobis, quod in proœmio Historia suæ Alumnos nominet Provinciæ, qui scribendi ejusdem historiae jam inde ab initio manus admoverant; ANDRÆAM DE MOGUER, VINCENTIUM DE LAS CASAS, DOMINICUM AB ANUNCIA- TIONE, & qui hunc fecit latinum THOMAM CASTELLAR, de ALPHONSO verò nostro altum illi fuerit silentium, quod fecisset nunquam, si & hunc spartam ipsam aliquando adornasse novisset. Silet pariter qui memoriæ habet Alphoni M. FRANCIS- CUS DE BURGOA Dominicanus, in secundo tomo, partis secundæ Historie Geographicae, seu Provin- cia Goaxacensis Ordinis Prædicatorum, cap. 40. fol. 200.

• 26. P. ALPHONSUS DE ARRIVILLAGA, Natione Mexicanus, Patria Goathemalensis, sanguine clarus, Societati Jésu nomen dedit, in qua solemní quatuor votorum nuncupatione se Deo religavit. Grammaticam docuit & Rethori- cam Mexici in Sanctorum Apolto- lorum Petri & Pauli Collegio Maximo, in quo etiam tradidit Philosophiam multis, qui Rempubli- canam postmodum illustrarunt discipulis. Quod verò litteris bene cultis cultiores adjunxisset virtutes, prudentiâ eminceret & ma- suetudine singulari, Tyrorum pra-

præfetus institutioni, quod pri- marijs demandari solet officium viris, Collegium rexit de Tepoztlan dictum. Ubi hæc aliaque exactissimè obijsset munera à Su- perioribus sibi commissa, à Con- gregatione Provinciali Mexicæ Primus Procurator Romam dele- gatur, quo demum functus in- dustrie munere, Patriam revertitur, Præpositusque Provincialis ab admodū Reverendo Societatis Ge- nerali P. destinatus, numeris om- nibus absolutum Præfulem egit. Pro Instituti sui ratione ministe- rijs deditus sanctis, & sibi mag- niarum segetem virtutum paravit, & Familia clarissimæ decus mul- tum adjectit, & Proximorum bo- no consuluit, donec plenus die- rum, in pace, quam perpetuò scr- vaverat homo mitissimus, que- vit. Scripsit dum Rethoricam pro- btebatur, alia inter, quæ non extant,

*Poeticam Concertationem in recens- nati Pueri JESU plausum & lau- dem, sub Æsculapij symbolo. Anno 1676:*

Pro ut haberet in Libris ma- nuscriptis destinatis ejusdem argu- menti operibus multis in Biblio- theca Collegij Maximi jam dicti. Præterea scripsit suisque auditori- bus è suggestu dictavit

*Philosophia Cursus:*  
Cujus ubi sint exemplaria nesci- sum, id scientes, toridem illa- fuisse, quot discipuli, qui à Ma- gistro calamis excepero.

*Conciones item multas, &c. de San-*

ctis, & ad mores MSS. quæ vel pe- trire, vel adhuc nos latent.

Laudat Alphonsum nostrum P. JULIANUS GUTIERRES DAVILA in *Monumentis Historicis Congre- gationis Oratorij Mexicanæ*, p. 3. n. marginali 516.

27. FR. ALPHONSUS DE AVI- LA, Natione Mexicanus, Mexici ortus, fratrem habuit nomine Joannemin Hispanigenitum, ut cùm de eo sermo erit, dicemus. Institutum uterque Seraphici Patris Sancti Francisci suscepit in S. Evangelij Provinciâ Mexicanâ. Noster Prædicatoris Generalis mu- nus explevit, Emeritosque inter- jure fuit numeratus. Præfuit varijs Familia Domicilijs, & è plu- rimis, quas reliquit in schedis, concionibus, aliquas publici factas juris habemus Hispano concep- tas sermone, quarum altera

*De Sanctissimâ Deiparente sub titulo del Pilar, proditj Mexici, Formis Francisci Rodriguez Lu- percio 1679. in quarto.*

Altera *De ejusdem Sanctissime Virginis MARIAE Transfizione. Angelopoli, Typis Didaci Fernan- dez de Leon 1692. in quarto.*

Altera *In honorem Immaculate Conceptionis Virginea. Mexici 1692. Litteris....*

Meminerunt Alphoni tum Be- tancurt in Menologio Francisca- no p. 143. n. 43. tum Fr. Joanne a Sancto Antonio in Biblio- theca Franciscana tom. 1. p. 39.

28. D. ALPHONSUS DE AZE- VEDO ET CARBAJAL, Natione Me-

Mexicanus, Patriam in Michoacanensi fortitus Provincia, gradumque Bachalaureatus tum in Philosophia, tum etiam in Sacra Theologia in Mexicana Universitate; typis dedit, quam è suggestu recitaverat.

*Orationem in funere Elisabetha Borboniae, Hispaniarum Regine, habitam in Alma Vallisoletana Cathedrali Ecclesia. Mexici, apud Joannem Ruiz 1645. in quarto.*

29 M. FR. ALPHONSUS DE LA BARRERA, Natione Mexicanus, Clarissimis stirpe genitoribus, ære locupletibus, Mexici natus est. In Sacro Prædicatorum Ordine solemnii professus ritu, quas optime didicerat, è Cathedra tradidit Religiosis Alumnis, Philosophiam atque Theologiam, Magisterij sub inde gradum merito adeptus. In Regia Universitate Mexicea Doctoralem Theosophiæ lauream non sine Academiorum laude promeruit, ejusdemque Rector omnibus in ipsum suffragijs abeuntibus renunciatus fuit 10. Novembbris 1665. Nec prætereundum quanti fit habitus, quod in hisce Comitijs Academicis prælatus etiam fuerit eximio ceteroquin Mexicano, & omni quidem laude maiore, FR. ANTONIO DE MORROY, postmodum totius Prædicatorum Ordinis Generali Magistro, Archiepiscopoque Compostellano, qui secundo post Alphonsum loco Electoribus fuerat datus, ut caput sibi Senatusque suo ex illis unum calculis destinarent. Magistratu-

perfunctus, egregie benemeritus de Academia, multis alijs auctus honoribus, demandata sibi negotia industrie peregit. A germana sorore Elisabetha ultimæ executor voluntatis supremis tabulis destinatus unà cù fratre, viro etiam doctissimo, HIERONYMO DE LA BARRERA, Theologiæ Magistro, Ordinis Beatissimæ Virginis de Mercede, commissum sibi officium implevit strenue. Fœmina illa fuerat multis insignis dotibus, in primisque virtute præclara, juncta conjungio viro æque nobili ac pio SIMONI DE HARO, Cœnobium cù ipso unà condiderat verè amplissimum, & quod Mexicana inter omnia primatum tenet concepta sine labe Deigenitricis nomine insigne, quam ardentissime deperibat: Ut verò haud segniter ferebatur in civem suum BEATUM PHILIPPUM A JESU, Martyri corona illustrem, strictioris Observantie Seraphici Ordinis professorem, Mexicanæque Urbis Apostolica Authoritate Patronum, huic Monasterium voluit esse devotum, quod in proprijs ædibus, ære præterea suo, fabricari constituit, Capuccinisque Virginibus tradi. His Alphonsus intentus, advectas ex Hispania anno 1665. ut exciperet, in Portum Veræ Crucis iter instituit, comitem se illis prebuit, & constitutas Mexici operâ, consilio, omnibusque juvit officijs, curas suas & cogitationes operi impendens piissimo, Cœnobioque construendo, quod

&amp;

& Patriæ & Regno, in quo deinceps Institutum istiusmodi propagatum fuit ac diffusum, decori eset eximio, opimosque sanctitatis fructus daturum, ut subinde egregie de publico meritus fuerit Noster. Apud S. Inquisitionis Tribunal Ordinarij Judicis pro Jucatanensi Episcopo munere ornatus, inter Censores etiam, qui Theologi probatissimi sunt, adscriptus, Fidei Quæstoriibus cum primis acceptus, utriusque officij partes explevit. Integerrimo itidem Senatu codem justa solemnis perfolente Magno Hispaniarum Regi Philippo IV. iussus dicere è suggestu patuit, deditque *Concionem funebrem*, quæ impresa haberet Mexici in Typographiâ, quâ pro secretoriis schedulis id temporis utebatur Inquisitio Mexicea, Joannis Ruiz anno 1667. in quarto, cù alijs ejusdem funebris apparatus opusculis.

30 Graviora Alphonsi monumenta Theologica & Philosophica temporum injuria periisse, nisi latentes in scrinijs vel tabularijs nobis ignotis. Laudat ipsum Illusterrimus Praeful Mexicanus D. D. MATHÆUS ZAGADE BUGELERO in Litteris ad Cardinalem de Aragon datis, quas unà cum Monumentis alijs Cœnobij Capuccinarum legimus in Libro erectionis ejusdem apud ipsas de more servato. Meminit item Nostri Plaza in Chronicis Universitatibus lib. 5. n. 90. Itemque P. Fr. Ignatius de la Peña, Franciscanus, in Thro-

JULIO 103

no Mexicano part. 1. cap. 2. pag. 7. & cap. 10. pag. 37. 31 ILLMUS. D. F. ALPHONSUS DE BENAVIDES, Natione Mexicanus, an Hispanus, scireadhuc non potuimus, S. Francisci Regulam in Provincia Sancti Evangelij sequutus, varijsque distentus officijs, custos, ut dicitur, in Novam Mexicum destinatus, Regionem illam à veteri Mexico, Primaria Americae Septentrionalis Urbe, quadrigentas non minus leucas distantem invisit. Superior ut erat exactus, cùm Religiosis viris in Colonijs dispersis, Indorumque conversionem procurantibus, ipsis tum etiam, & paganis, & cathecumenis, & christianis invigilabat. Crescbat id temporis res christiana adventantibus Barbaris alijs, Xumanis dictis, quos multæ brevi Nationes sunt imitatae, Magistros potentibus, qui ipsos Legem Christi docerent, lacroque lavacro recrearent: Quod scilicet honestissimam se vidisse audisseque Virginem affirmarent, eadem indutam veste, qua illi ipsi utebantur Religiosi quibus cùm loquebantur, hortantem monenterque ita agere, si felicitati consulere sibi perpetuæ vellent. Porro missis illuc à Superiori Religiosis, ut deprecatores avebant, è voto succelisse gratulati sunt per brevi & sibi & Indis, quorum plurimos christianis rudimentis instructos salutaribus Baptismi aquis abluerunt, alios autem, corpore languidos, sacro Crucis signo, cœi prætentissimo pharmaco, infirmi-

G 2

tati-